596.

Landgraf Hermann bestätigt den wegen des Dorfes Wenzendorf zwischen Kaiser Heinrich VI. und dem Kloster Pforte abgeschlossenen Tausch. **Eckardsberga, 1195.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 108. Portenser Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturkunden S. 19. Das halb zerbrochene S. des Landgrafen hängt an rothseidenen Fäden = Taf. XI. 4.
Gedr.: Märcker, Das Burggrafthum Meißen 403.
Anm.: Die Handlung erfolgte zu Mainz, darauf die Schriftanfertigung durch den Empfänger (Kl. Pforta) und hierauf die Uebergabe und Besiegelung in Eckardsberga. Vergl. No. 594.

C. In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus dei gratia lantgravius Thuringie et pala|tinus Saxonie. Apud dominum dominantium eterne nos remunerationis premium consecuturos speramus, | si pio benivolentie affectu religiosorum utilitatibus consulimus et eorum securitati cautela, qua possumus, in posterum | prospicimus fidelium. Itaque universitati tam presentis etatis quam future posteritatis manifestum esse volumus, quod gloriosissimus Romanorum imperator Henricus, qui eo tempore marchiam liberam in sua potestate habebat, nobis presentibus et multis aliis principibus in Moguntia villam quandam Wincendorph dictam, que partim ad marchiam, partim ad abbatiam Quidelingeburch attinebat, iudiciali sententia ecclesię Portensi sub titulo concambii contulit precedente consensu Burchardi de Scartfelt et omnium, qui eandem villam in beneficio possederant. Sane ut huius concambii contractus indissolubiliori stabilitatis firmitate constaret, imposterum nos dimidietatem predicte ville, que nos iure beneficii contingebat, eidem ecclesie pro commutatione meliorum possessionum, que Vinne dicuntur, pro remedio anime nostre contulimus cum voluntate et consensu comitis Meinheri de Wirbene, qui hanc a nobis iure feodali susceperat, scilicet et voluntate et petitione Cv̊nemundi de Vargala et reliquorum fratrum eius, qui eandem ville dimidietatem ab predicto comite iure beneficii possederant. Verum ut hec concambii constitutio inviolabilis et inconvulsa in perpetuum permaneat, presentem paginam sigilli nostri inpressione signavimus et idoneorum testium subscriptione confirmavimus, quorum nomina hec sunt. Widekindus abbas in valle sancti Georgii. Leo cantor ibidem. Eckehardus scriptor. Vlricus magister Teutonici hospitalis. Bruno sacerdos. Comes Guntherus et duo filii eius Guntherus et Heinricus. Heinricus de Helderungen. V̊descalcus de Uizenburc. Heinricus marscalcus et tres fratres eius. Herdeginus. Hermannus de Tundorph. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M̊ C̊ XC̊ V̊, indictione XIIII; data Eckehardesberch[a]).

(SFR.)

597.

Bischof Berchtold von Naumburg bekennt, daß Hermann Edeler von Teuchern dem Kloster Marienstein zu Lausnitz das Dorf Poleb verkauft habe. — Zeuge: Graf Dietrich von Weißenfels. **Naumburg, 1195.**

Hdschr.: Or. Perg. Gem. Ernest. Archiv Weimar Reg. Oo S. 680 No. 3. S. des Bischofs aufgedrückt.
Gedr.: Mittheil. der Gesch. u. Alterthumsforsch. Gesellsch. des Osterl. 8,56.

— — Ad maiorem etiam huius rei evidentiam testes adhibuimus, qui tunc in synodo nostra aderant, maioris ęcclesię Harthmannum prepositum, abbatem sancti

596. *a) Die Buchstaben sind auseinandergezogen, um die letzte Hälfte der Zeile zu füllen.*